

## NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Concediamo Licenza all'Erede di Niccolò Pezzava di poter ristampare il Libro intitolato: *Theſaurus Bibliicus Auctore Philippo Paulo Merz* osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. il Primo Giugno 1775.

{ *Andrea Tron Kav. Proc. Riff.*

{

{ *Girolamo Ascanio Giustinian Kav. Riff.*

Registrato in Libro a Carte 290. al Num. 299.

*Davidde Marchesini Segret.*

THE

THE SAURUS  
SACRÆ SCRIPTURÆ.

A

## TITULUS I

*Abnegatio sui ipsius.*

**D**ixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. *Gen. 12. 1.*  
Dixit Dominus ad Abraham: Tolle filium tuum, . . . atque offeres eum in holocaustum. *Ibid. 22. 2.*

At ille (*Eliazarus*) gloriosissimam mortem, magis quam odibilem vitam complectens, voluntarie præbat ad supplicium. *2. Mach. 6. 19.*  
*Christus ait Petro & Andrea: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: at illi continuo relictiis retibus secuti sunt eum. Matth. 4. 19.*

Qui invenit animam suam perdet eam. Et qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam. *Ibid. 10. 39.*

Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. *Ibid. 16. 24. Item Lucæ 9. v. 24.*

Si vis perfectus esse, vade, & vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me. *Ibid. 19. 21. Marc. 10. 21.*

Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. *Luc. 14. 26.*

Quicumque quaesierit animam suam salvam facere, perdet illam: & quicumque perdidit illam, vivificabit eam. *Ibid. 17. 33.*

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. *Joan. 12. 25.*

Castigo corpus meum, & in servitutem redigo. *1. Cor. 9. 27.*

## TITULUS II

*Abnegatio omnium rerum.*

**D**ixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi. *Gen. 12. 1.*

Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponat vir gladium super femur suum . . . & occidat unumquodque fratrem, & amicum, & proximum suum. *Exod. 32. 27. Vide etiam Deuteron. 33. v. 8. 9.*

Annuntiata sunt mihi omnia, quæ feceris fueri tui post mortem viri tui, & quod reliqueris parentes tuos, & terram, in qua nata es, & veneris ad populum, quem antea nesciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias a Domino Deo Israel ad quem venisti, & sub cuius conspectu stas. *Ruth. 2. 11.*

Profectus ergo inde Elias, reperit Eliæam . . . cumque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum: qui relictiis omnibus secutus est eum. *3. Reg. 19. 19.*

Dominus hæc dicit, Dominus stabilis, sit nomen Domini benedictum. *Job. 1. 21.*

Respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Centuplum accipietis (*sic Christus*) & vitam æternam possidebitis. *Matth. 19. 27.*

Dixit eis Jesus: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum, & continuo relictiis retibus secuti sunt eum. *Marc. 1. 17.*

Cœpit et Petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te, &c. Respondens Jesus ait: Amen dico vobis, &c. In futuro sæculo (*accipietis*) vitam æternam. *Ibid. 19. 28.*

Et subactis ad terram navibus, relictiis omnibus, secuti sunt eum. *Luc. 5. 11.*

Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, &c. adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. *Ibid. 14. 26.*

Qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. *Ibid. 14. 33. Vide etiam in hoc capite, versum 26. Item Matth. 19. 29.*

Ait ei Jesus: Adhuc unum tibi deest: omnia quæcumque habes, vende, & da pauperibus, & habebis Theſaurum in celo: & veni, sequere me. *Ibid. 18. 22.*

*Theſaur. Bibli.*

A

Hoc

Hoc autem dico vobis fratres: tempus breve est, reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint. *1. Cor. 7. 29.*

Non adquevi carni & sanguini. *Galat. 1. 16.*

## TITULUS III.

*Abstinencia a quibusdam cibis.*

DE ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas; in quoquamque autem die comedis ex eo, morte morieris. *Gen. 2. 17.*  
Quis enim indicavit tibi, quod nudus es, nisi quod ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? *Ibid. 3. 11.*

De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus, ne comederemus. *Ibid. v. 3.*

Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. *Ibid. 9. 4.* & omne quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum: quasi olera virentia tradidi vobis omnia. *v. 3.*

Non comedetis ex eo, crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum affum igni: caput cum pedibus ejus, & intestinis vorabit. *Esod. 12. 9.*

Septem diebus vesteris azymis: & in die septimo erit sollempnitas Domini. Azyma comedetis septem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. *Ibid. 13. 6.*

Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedetur carnes ejus: Dominus quoque bovis innocens erit. *Ibid. 21. 28.*

Viri sancti eritis mihi: carnem quæ a bestis fuerit prægustata, non comedetis, sed projectis canibus. *Ibid. 22. 31.*

Quod si remanserit de carnibus consecratis, sive de panibus usque mane, combures reliquias igni: non comedetur, quia sanctificata sunt. *Ibid. 29. 34.*

Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo. *Lev. 6. 23.*

*Vide etiam Ibid. c. 10.*

Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcumque anima tali fe edulio contaminaverit præparationis rea erit. Caro quæ tetigerit aliquid immundum, non comedetur, sed comburetur igni. *Ibid. 7. 18.*

Quidquid autem ruminat quidem, & habet ungulam, sed non dividit eam, sicut camelus, & cetera, non comedetis illud, & inter immunda reputabit. *Ibid. 11. 4.*

Sanguinem universæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicumque comederit illum, interibit. *Ibid. 17. 14.*

Quidquid autem residuum fuerit, in diem tertium igne comburetis. Si quis post bidaum comederit ex ea prophanus erit, & impietatis reus. *Ibid. 19. 6.*

Morticinum & captum a bestia non comedet, nec polluentur in eis, ego sum Dominus. *Ibid. 22. 8.*

Panem & polentam, & pultes non comedetis ex segete usque ad diem, quam offeretis ex ea Deo vestro. *Ibid. 23. 14.*

Uvas recentes fitecque non comedent. Cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur: quidquid ex vinea esse potest ab uva passa usque ad acinum non comedent. *Num. 6. 3.*

In sanctuario comedetis illud: mares tantum edent ex eo, quia consecratum est tibi. *Ibid. 18. 10. Vid. etiam Ibid. 30. 14.*

Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti & vini, & olei tui, primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voveris & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum. *Deut. 12. 17.*

Ne comedatis, quæ immunda sunt. Hoc est animal, quod comedere debetis, bovem & ovem, & capram, cervum, & capream, &c. *Ibid. 14. 3.* De his autem, quæ ruminant, & ungulam non habent, hæc comedere non debetis, ut camelum, leporem & chœrogryllam: hæc quia ruminant & non dividunt ungulam, immunda erunt vobis. *Ibid. 7.* Sus quoque quantum dividit ungulam, & non ruminat, immunda erit. *Ibid. 8.*

Cave, ne immundum quidquam comedas. *Judic. 13. 4.*

Adjuravit autem Saul populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis. Et non manducavit universus populus panem. *1. Reg. 14. 24.*

Ingressus est itaque populus saltum, & apparuit fluens mel, nullusque applicuit manum ad os suum, timebat enim populus juramentum. *Ibid. v. 26.*

Dixit autem Saul ad Jonatham: Indica mihi, quid feceris? & indicavit ei Jonathas, & ait: Gustans gustavi in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego mortior. *Ibid. v. 43.*

Cum

Cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, jejunavitque; & placatus est Dominus. *3. Reg. 21. 27. Vide etiam v. 4.*

Prædicavit ibi (Esdra) jejunium juxta fluvium Achava, ut affligeremur coram Domino Deo nostro &c. *1. Esd. 8. 21. Vide etiam 2. Paral. 20. 3. Item Judic. c. 20. 16; 2. Esdr. 9. Tob. 23. Baruch cap. 1. 5.*

Neberias jejunabat & orabat ante faciem Dei calli. *2. Esdr. 1. 4.*

Tobias filium suum ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. *Tob. 1. 10.*

Er cum omnes eaderent ex cibis gentilium, iste solus custodivit animam suam, & nunquam contaminatus est in elcis eorum. *Ibid. 1. 12.*

Bona est oratio cum jejunio & elemosyna. *Ibid. 12. 8.*

Humiliaverunt animas suas in jejunio. *Judith 4. 18.*

Judith jejunabat omnibus diebus vitæ suæ præter Sabbata, & Neomenias, & festa domus Israel. *Ibid. cap. 8. 6.*

Judith dixit: Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his, autem quæ mihi detuli, manducabo. *Ibid. cap. 12. 2.*

Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis similiter jejunabo. *Ester 4. 16.*

Iustus comedit & replet animam suam, venter autem impiorum infatigabilis. *Prov. 13. 5. c. 27. 7.*

Beata terra... cujus principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. *Eccles. 10. 17.*

Sapiens cor, & intelligibile abstinere se a peccato, & in operibus justitiæ successus habebit. *Eccles. 3. 32.*

Initium vitæ hominis aqua & panis. *Ibid. 29. 28.*

Utere quasi homo frugi his, quæ tibi apponuntur. *Ibid. 31. 19.*

Noli avidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam: in multis enim elcis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit usque ad choleram: qui autem abstinens est, adjicit vitam. *Ibid. 37. 32.*

Si justitiam quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes: sobrietatem enim & prudentiam docet & justitiam & virtutem, quibus utilis nihil est in vita hominibus. *Sap. 8. 7.*

Sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam, & mitte eas in vas unum, & facies tibi panes numero dierum, quibus dormies super latus tuum: trecentis & nonaginta diebus comedes illud &c. *Ezech. 4. 9.*

Cibus autem tuus quo vesceris, erit in pondere. *Ibid. 4. 10.*

Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus ejus, & rogavit eunuchorum præpositum, ne contaminaretur. *Dan. 1. 8.*

Dentur nobis tantummodo legumina ad vescendum. *Ibid. v. 12.*

Panem desiderabilem non comedet, & caro & vinum non introierunt in os meum. *Ibid. 10. 3.*

*Vide etiam 2. Mach. 6. 18. 24. de Eleazaro, qui se abstulit ab esu carnis porcinarum.*

Contigit autem septem fratres una cum matre suæ apprehensos, compelli a rege edere contra fas carnes porcinae & raris cruciatis. *2. Mach. 7. 1.*

Esca autem ejus (Joannis) erat locustæ, & mel silvestre. *Matth. 3. 4. Vide etiam c. 1. 18.*

Salvator noster ductus in desertum, ibi jejunavit quadraginta dies. *Matth. 4. 1. Vide etiam Luc. c. 4. 2.*

Beati qui esuriunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. *Matth. 5. 6.*

Quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus. *Ibid. 12. 4.*

Anna vidua non discedebat de templo, jejunio & obsecrationibus serviens nocte ac die. *Luc. 2. 37.*

Jejunantibus Apostolis. *Act. 13. 2.*

Ut abstinere vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, a quibus custodientes vos bene agetis. *Ibid. 15. 29.*

Abstineat vos ad tempus, ut expeditis vacanti orationi. *1. Cor. 7. 5.*

Omnis enim, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem ut corruptum coronam accipiant, nos autem incoeruptam. *Ibid. 9. 25.* Ego igitur sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi ætem verberans; sed castigo corpus meum, & in servitium redigo, ne forte cum aliis præcitero, ipse reprobus efficiar. *26.*

Spiritu ambulare, & desideria carnis non perficere; caro enim concupiscit adversus spiritum. *Gal. 5. 16.*

Nos autem, qui Dei sumus, sobrii simus. *1. Tim. 3. 8.* ab omni specie mali abstinere vos. *2. Tim. 4. 4. Vid. etiam v. 3.*

Juvenes hortare, ut sobrii sint. *Tit. 2. 6.*

Carissimi obsecra vos tanquam athenas & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militat adversus animam. *1. Tim. 3. 11. Vide etiam 2. Petri 7. 6.*

A 2

T I

## TITULUS IV.

*Abſtinentia in vino. Vide etiam abſtinentia & gula.*

Vinum, & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonii, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum in generationes veſtras. *Levit. 10. 9.*

Omnis cibum quem comedetis, ſi fuſa fuerit ſuper eam aqua, immundum erit: & omne liquens, quod bibitur de univerſo vaſe, immundum erit. *Ibid. 11. 34.*

A vino & omni quod inebriare poteſt, abſtinebunt. Acetum ex vino, & ex quolibet alia portione, & quidquid de uva exprimitur, non bibent. *Num. 6. 3.*

Cave ergo ne bibas vinum & ſiceram, nec immundum quicquam comedas. *Judic. 13. 4.*

Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinentes eſt adſicet vitam. *Eccle. 37. 34.*

Non bibemus vinum, quia Jonadab filius Rechab pater noſter præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos & filii veſtri uſque in ſempiternum. *Jerem. 35. 6.*

Et vinum non bibet omnis ſacerdos, quando ingreſſurus eſt atrium interioris. *Ezech. 44. 21.*

Exit enim magus coram Domino, & vinum & ſiceram non bibet, & replebitur ſpiritu Sancto adhuc ex utero matris ſuæ. *Luc. 1. 15.*

## TITULUS V.

*Abſtinentia a cibo & potu eſt licita propter ſcandalum alterius.*

Non enim inquit (*Elezarni*) ætati noſtræ dignum eſt fingere, ut multi adoleſcentium arbitantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vite tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem mez ſeneſciti conquiram. *1. Mach. 6. 24.*

Noli propter eſcam deſtruere opus Dei. Omnia quidem ſunt munda, ſed malum eſt homini, qui per offendiſſimum manducat. Bonum eſt ei non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offendiſſimur aut ſcandalizatur, aut inſimatur. *Rom. 14. 20. & 21.*

Qua propter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. *1. Cor. 8. 13.*

## TITULUS VI.

*Abſtinentia præceptum violare nolentes.*

Qui reſponderunt (*Rechabita*): Non bibemus vinum, quia Jonadab filius Rechab, pater noſter præcepit nobis dicens: non bibetis vinum vos & filii veſtri uſque in ſempiternum. *Jerem. 35. 6.*

At ille (*Elezarnus*) glorioſiſſimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntarie præbuit ad ſupplicium; eoqueſſimam carnem porcinaſi comedit. *1. Mach. 6. 19.*

Contigit autem ſeptem fratres una cum matre ſua comprehenſos, compelli a Rege edere contra legem carnes porcinaſi, flagris & laureſi cruciatis. Unus autem ex illis, qui erat primus, ſic ait: Quid quaeris, & quid vis diſſicere a nobis? parati ſumus mori magis, quam patrias Dei leges prævaricare. *Ibid. 7. 2.*

## TITULUS VII.

*Abſus veſtium.*

Non induentur mulier veſte virili, nec vir veſte feminea, abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc. *Dant. 22. 5.*

Non decet ſtultum delicta, nec ſervum dominari principibus. *Prov. 29. 10. & 11.*

Per tua movetur terra, & quantum non poteſt ſuſtinere: per ſervum cum regnaverit; per ſtultum; cum ſaturatus fuerit cibo, & per odioſum mulierem, cum in matrimonio fuerit aſſumpta; & per ancillam, cum fuerit heres domine ſuæ. *Ibid. 30. 22.*

Tres ſpecies odavit anima mea, & ageravor valde anima illorum: pauperem ſuperbum, diſtrem manducantem, & ſenem fatuam. *Eccle. 25. 3.*

In illa die auferet Dominus ornamentum calcaneorum, & lunulas & corques, & munitia & armillas & mitras, &c. *Iſa. 3. 18.*

Et ornamentum maniliſi ſuorum in ſuperbiam poſuerunt, & imagines abominationum ſuarum.

rum, & ſimulacrorum fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiam; & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impiis terret in prædam, & contaminabunt illud. *Ezech. 7. 20. 21.*

Tu ſcis neceſſitatem meam, quod abominor ſignum ſuperbia & gloriae meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ, & detorſit illud quaſi pannum menſtruatæ; & non portem in diebus ſilentii mei, &c. *Eſther 14. 16.*

Quid exiſtis videre? hominem molliſibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. *Matth. 11. 8.*

Caveſe a ſcribis, qui volunt in ſtolis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſedere in ſynagogis, & primos diſcubitus in cenis. *Matth. 23. 38.*

Homo quidam erat dives, & induebatur purpura & byſſo: & epulabatur quotidie ſplendide. *Luca 16. 19.*

Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa: ſed quod deceat mulieres promittentes pietatem per opera bona. *1. Tim. 2. 9. 10.*

Quarum (*mulierum*) non ſit extrinſecus capillaturæ aut circumdatio auri, aut indumentum veſtimentorum cultus. *1. Pet. 3. 3.*

*Acceptatio perſonarum, vide Perſona.*

## TITULUS VIII.

*Acceptio mulierum.*

Reſpondit Abraham: Levo manum meam ad Dominum Deum excelſum, Poſſeſſorem caeli & terræ: quod a ſilo tubegiminiſi utque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt, ne dicas: Ego ditavi Abraham. *Gen. 14. 22.*

Cujus ſunt iſta quæ ſequeris? reſpondebis: Servi tui Jacob; munera miſiſe Domino eſt. *Ibid. 32. 17.*

Non accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum. *Ecod. 23. 8.* Artifices venire compulſi, dixerunt Moysi: Plus offert populus quam neceſſarium eſt, &c. *Ibid. 36. 4.*

Reſpondit Balaam: Si dederit miſiſe Balac pleſam domum ſuam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei. *Numeri. 22. 18.* *Vide etiam Hicem v. 7. & 17.*

Non accipietis præſium ab eo, qui reus eſt ſanguinis: ſtatim & ipſe morietur. *Eccl. 35. 31.*

Quia Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus Deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & potens & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera. *Dant. 10. 17.*

Non accipies perſonam nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientium, & mutant verba juſtorum. *Ibid. 16. 19.*

Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam innocentiſi ſanguinis, & dicit omniſi populus: Amen. *Ibid. 27. 26.*

Miferantque filii Iſrael per illum (*Ad*) munera Eglon regi Moab, quæ cum accipere voluerat; *Judic. 3. 15.* extendit *Ad* manum ſuam, & interfecit eum. *v. 21.*

Dabitur tibi ſinguli mille, & centum argenteos. *Ibid. 16. 5.*

Declinaverunt (*ſiliſi Samuel*) poſt avaritiam, acceperuntque munera, & perverterunt judicium. *1. Reg. 8. 3.*

Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejuſi: utrum hominem cujuſquam tulerim, aut ſtintum -- ſi de manu cujuſquam munus accepi, & contentam illud hoſtie, reſtituamque vobis. Et dixerunt: neque tulim de manu aliquis quidpiam &c. *Ibid. 12. 3.*

*David per munera puri Siba pervertitur. 2. Reg. 16.*

Omnia dedit Areya Rex regi -- cui reſpondens Rex (*David*) ait: Nequaquam ut vis, ſed emam pretio a te, & non offeram Domino Deo meo holocauſta gratuita. *2. Reg. 24. 23.*

Dixit Eliſſus ad Giezi: Nunc igitur accepiſti argentum, & accepiſti veſtes, ut emas oliveta, & vineas, & oves, &c. *4. Reg. 5. 26.*

Sit timor Domini vobuſcum, & cum diligentiſi cuncta facite: non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido numerum. *2. Paralip. 19. 7.*

Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Job 15. 34. Prov. 14. 20.*

Non tergo ſuperet ira, ut aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te. *Ibid. 36. 18.*

Conturbat domum ſuam, qui ſectatur avaritiam: qui autem odit munera, vivet. *Prov. 15. 27.*

Munera de ſinu impius accipit, ut pervertat ſententiſi judicij. *Ibid. 17. 23. cap. 22. 9. & 28. 21.*

Multi colunt perſonam potentiſi, & amici ſunt dona tribuentiſi. *Ibid. 19. 6. Eccle. 4. 36. & 7. 6.*

Kenia & dona excæcant oculos judicium, & quaſi mutus in ore avertit correptionem eorum. *Eccle. 20. 31.*

Principes tui inſideles, & lunulas & corques, & ſequuntur retributiones. *Iſa. 1. 23.*

Qui juſtificatiſi impium pro muneribus, & juſtitiam juſti auferit ab eo *Ibid. 5. 23. & 33. 15.*

*Thſi. Bibli.*

A 3

Da

Daniel ait coram Rege: Munera tua sunt tibi, & dona domus tuæ alteri da. *Dan. 5. 17.*  
 Vide etiam 1. Machab. 10. 1. Machab. 12. 2. Machab. 4.

Et congregati sacerdotes cum senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus. *Mart. 28. 12.*

Cum videret autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus obtulit eis pecuniam -- Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem. *Act. 8. 18.*

Felix sperabat, quod pecunia ei daretur a Paulo, propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. *Ibid. 24. 26.*

Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, & eos orationi loquuntur superba, mirantes personas quatuor causa. *Iuda 16.*

## T I T U L U S I X.

## Accidit sen negligens.

Ingressus est ad me servus Hebraeus &c. *Gen. 39. 17.* Vide etiam Librum Esther, precipue Cap. 3. Daniel c. 6. eisdem cap. 13. In N. T. de Christo Luc. 25. 2. 10. & alibi in Evangelio. De Saulo Act. 24.

## T I T U L U S X.

## Accidit sen negligens.

Audiens autem Jacob, quod alimenta venderentur in Aegypto, dixit filiis suis: Quare negligitis? Audivi, quod triticum veniendum in Aegypto: descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus vivere, & non consumamur inopia. *Gen. 42. 1.*

Et tocudere cepit populus itineris ac laboris &c. *Nam. 21. 4.*

David venit ad locum in quo dormiebat Saul, & Absor filius Ner principes militum &c. *1. Reg. 26. 5.*  
 Vide & v. 7.

Quare ergo non custodisti Dominum tuum regem? ingressus est enim unus de turba, ut interticeret regem Dominum tuum. Non est bonum hoc, quod fecisti. Vivit Dominus: quoniam filii mortis estis vos, qui non custodistis Dominum vestrum Christum Domini. *Ibid. 4. 45.*

Cum autem ingressi fuissent domum, dormiebat ille (Isosabab) super lectum suum in conclavi, & percutientes intertulerunt eum. *2. Reg. 4. 7.*

Dum solent reges ad bella procedere, remanet David in Jerusalem, & perstravit aedificium, & homicidium gravissimum ex isto accidit. *2. Reg. 11.*

Porro Levitæ egere nealigentius: Et vocavit rex Joiadam Principem, & dixit ei: Quare tibi non fuit cura, ut cogeres, & consideras vias ejus, & discas sapientiam. *1. Reg. 6. 6.*

Vade ad fornicum o piger, & considera vias ejus, & discas sapientiam. *Prov. 6. 6.*

Egestatem operata est manus remissa: manus autem sortium divitias parat. *Ibid. 10. 4.* Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his, qui miserant eum. *Ibid. 25.*

Qui operatur terram suam, satiabitur panibus, qui autem sectatur otium, stultissimus est. *Ibid. 12. 11.*

Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. *Ibid. 13. 4.*

Pigrum desinit timor: anime autem effeminatorum elidantur. *Ibid. 18. 8.*

Pignedo immittit soporem & anima dissoluta elidit. *24.* Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. *Ibid. 19. 15.*

Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo arate, & non dabitur illi. *33.* Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperit oculos tuos, & saturat panibus. *Ibid. 10. 4.*

Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus ejus operari. *Ibid. 21. 25.*

Per agrum hominis pigri transivi, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleverant urtica, & operuerant superficem ejus spine, & maceria lapidum destructa erat. *Ibid. 24. 30.*

Dicit piger: Leo est in via, & leona in itineribus. *14.* sicut ostium veritatis in cardine suo, ita piger in lectulo suo. *Ibid. 16. 13.*

Qui operatur terram suam, satiabitur panibus, qui autem sectatur otium, replebitur egestate. *Ibid. 28. 19.*

Operatur in disciplina, & querit requiescere: taxa manus illi, & querit libertatem. *Ecc. 33. 26.*

Hac sunt iniquitas Solomæ foras tua, superbia, fatuitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & silarum ejus: & manum egeno, & pauperi non porrigebat. *Ecc. 16. 25.*

Quid tu sopore deprimeris? surge, invoca Deum tuum, *Jona 1. 6.*

Cum dormierint homines, venit inimicus, & superfeminavit zizania in medio tritici. *Mart. 13. 25.*

Quid hic stratis otiosi? *Ibid. 20. 6.*

Serve male & piger: sciebas quia meto, tibi non semino, & congrego, ut non sperni opus

oportuit ergo te committere pecuniam meam numularis, & veniens ego, recepisse unique quod meum est cum usura &c. *Mart. 25. 26.*

Jesus venit ad Apolloniam & invenit eps dormientes, & dicit Petro: Sic non potuisti una hora vigilare mecum? vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. *Ibid. 26. 40.* Vide etiam Marc. 14. 37. &c.

## T I T U L U S XI.

## Acquisito injusta.

NEC decipiat unusquisque proximum suum. *Lev. 19. 11.* statera justa & aequa sint pondera, & iustus modius, aequalque sextarius. *Ibid. 36.*

Quando vendes quippiam civi tuo, vel emes ab eo, non cohtristes fratrem tuum. *Ibid. 25. 14.* Non assumes & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt patres in possessione tua. *Deut. 19. 14.*

Non habebis in sacco diversa pondera, majus & minus: nec erit in domo tua modius major & minor. Pondus habebis iustum & verum, & modius aequalis & verus erit tibi, ut molis vivas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dedit tibi: Abominatur enim Dominus Deus eum, qui facit hæc, & adversatur omnem injustitiam. *Ibid. 25. 14.*

Maledictus qui transfert terminos proximi sui. *Ibid. 27. 17.*

Mendacis filii hominum in stateris. *Psal. 61. 10.*

Sic semita omnis avari, animas possidentium rapiunt. *Prov. 1. 19.*

Statera dolosa abominatio est apud Dominum: & pondus aequum voluntas ejus. *Ibid. 11. 1.* alii dividunt propria, & ditiores sunt: alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. *24.* Substantia festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. *16. 13. 17.*

Qui congregat thesauros mendacis, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. *Ibid. 21. 6.*

Qui calumniatur pauperem ut auget divitias, dabit ipse ditiori, & egebit. *Ibid. 22. 16.*

Qui autem festinat ditari, non erit innocens. *Ibid. 28. 30.* Vir qui festinat ditari, & alius invidet, ignorat quod egestas superveniet ei. *22.*

Pescatori autem (Deus) dedit afflictionem, & curam superfluum, ut addat, & congreget, & tradat ei, qui placuit Deo. *Ecc. 2. 26.*

Quid necesse est homini majora se querere, quam ignoret quid conducat sibi in vita sua? *Ibid. 7. 1.*

Estimaverunt esse lusum vitam nostram, & conversationem vitæ compositam ad lucrum, & opotere undecumque etiam ex malo acquirere. *Sap. 15. 12.*

Non fit perfecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. *Ecc. 4. 36.* *Ibid. 27. 2.* Qui accrvat ex animo suo injuste, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. *Ibid. 14. 4.*

Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci. Numquid habitabis vis soli in medio terra? *Ipsa. 5. 8.*

Væ qui prædatis, nonne & ipse prædaberis? *Ibid. 33. 1.*

Væ ei qui multiplicat non sua; usquequo & aggravat contra se sensum lutum? *Habac. 2. 6.*

Væ qui congregat avaritiam malam domui suæ, ut sit in excelso nidus ejus, & liberari se putat de manu mali. *9.*

Ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mensura minor ira plena. *Micha 6. 10.*

Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiar? *Mart. 16. 26.* Vide & Marc. 8. 36. & Luc. 9. 25.

Ne quis circumveniat in negotio fratrem suum. *1. Thess. 4. 6.*

## T I T U L U S XII.

## Abortatio ad bonum.

Dimisit ergo fratres suos (Jesph) & proficiscentibus ait: Ne irascimini in via. *Gen. 45. 24.* Vide & c. 13. 8.

Ita dumtaxat, ut custodiatis artente, & opere completis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyses famulus Domini, ut diligatis Dominum Deum vestrum, ambuletis in omnibus vis ejus, & observetis mandata illius, ad hæc tunc ei, ac servatis in omni corde vestro, & in omni anima vestra. *Jos. 22. 5.*

Dixitque ad eos: Audite me Levitæ, & sanctificamini; mundate domum Domini Dei patrum vestrorum, & auverte omnem immunditiam de sanctuario. *2. Paral. 29. 5.* Vid. & cap. 30. 6. & Eld. 5. 8. & 9.

Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paveatis regem Assyriorum, & universam multitudinem, quæ est cum eo: multo enim plures nobiscum sum quam cum illo. *Ibid. 32. 7.*

3  
 Qui (Bunabas) cum pervenisset & vidisset gratiam Dei, gavisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino. *Afor. 11. 23.*  
 Confirmantes animas discipulorum, exhortantesque ut permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. *Ibid. 14. 22. Vid. & c. 20. 17.*  
 Propter quod consolamini invicem, & edificate alterutrum sicut & facitis. *1. Thess. 5. 11.*  
 Tu autem loquere, quae decet sanam doctrinam: sicut ut sobrii sint, pudici, prudentes, sancti in fide, in dilectione, in patientia. *Eccl. 17. 1.*  
 Admone illos principibus & potentatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, &c. *Ibid. 3. 1.*  
 Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum, incredulitatis, discedendi a Deo, &c. *Ibid. 3. 12.*

TITULUS XIII.

Adolescentia.

Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. *Gen. 8. 22.*  
 Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. *Prov. 22. 6.*  
 Tria sunt difficulta mihi, & quantum penitus ignoro: viam aquilae in caelo, viam colubri super petram, viam navis in mari, & viam viri in adolescentia. *Ibid. 30. 18.*  
 Laxare ergo juvenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus juventutis tuae, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito, quod pro omnibus his adducet te Dominus in iudicium. Auter ergo iram a corde tuo, & amovee malitiam a carne tua. Adolescentia enim & voluptas vana sunt. *Eccl. 11. 9.*  
 Adolescens loquere in tua causa via, &c. *Eccl. 32. 10.* In medio magnatorum non profumus, & ubi sunt senes non multum loquaris. *1. Pet. 5. 5.*  
 Adolescentes subditi estote senioribus. *1. Pet. 5. 5.*

TITULUS XIV.

Adoratio Dei. Vide Et Cultus Dei.

Et Neth cepit invocare nomen Domini. *Gen. 4. 26.*  
 Abraham adoravit in terram, &c. *Ibid. 18. 2.*  
 Postquam adoraverimus, revertemur ad vos. *Ibid. 22. 5.*  
 Inclinauit se homo, & adoravit Dominum. *Ibid. 24. 26.*  
 Pronique adoravi Dominum. *Item v. 48.*  
 Puer Abraham proci dens adoravit in terram Dominum. *Item v. 52.*  
 Adoravit Israel Deum. *Ibid. 47. 31.*  
 Joseph adoravit pronus in terram. *Ibid. 48. 12.*  
 Audieruntque quod viderat Dominus filios Israel, & quod respexerat afflictionem illorum; & proni adoraverunt. *Exod. 4. 31.*  
 Incurvaturque populus adoravit Dominum. *Ibid. 12. 27.*  
 Dixit Dominus: Adorabitis (me) procul. *Ibid. 24. 1.*  
 Stabantque ipsi, & adorabant Deum per fores tabernaculorum suorum. *Ibid. 33. 10.*  
 Festinavitque Moyses, curvatus est pronus in terram, & adorans ait &c. *Ibid. 34. 8.*  
 Et adoravit Dominus Deo suo. *Deut. 26. 10.*  
 Sedulo adoravit Dominum. *Judic. 7. 15. Vide etiam 1. Reg. 1. 3. item v. 16. item v. 28. Cap. 15. 25. 30. 31. 2. Reg. 15. 32. 3. Reg. 1. 48. 1. Paral. 29. 20. 2. Esdr. 8. 6. Tob. 1. 6. Judith. 6. 14. cap. 13. 22. c. 16. 22. Dan. 14. 30. & 24.*  
 Dominum Deum vestrum -- timete, & illum adorare. *4. Reg. 17. 36. Vide etiam 1. Paral. 16. 29. Tob. 11. 7. & 12. Psal. 28. 2. 44. 12. 65. 4. 73. 11. 94. 6. 93. 9. Sap. 16. 28. Jerem. 26. 2. Baruch. 6. 6. Zachar. 4. 17. Matth. 4. 10. Luc. 4. 8. Apoc. 4. 10. 7. 14. 16. c. 19. 4.*  
 Venimus adorare eum, Christum. *Matth. 21. 2. Vide etiam v. 11. item cap. 8. 2. c. 9. 18. cap. 14. 33. 25. 27. c. 20. c. 28. 9. & 17. Marc. 5. 6. c. 15. 19. Luc. 24. 52. Joan. 9. 38. Apoc. 14. 7.*

TITULUS XV.

Cumque elevasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cum vidisset, cecidit in occursum eorum: & adoravit in terram. *Genes. 18. 2.*  
 Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere, sedente Lot in foribus civitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit, & ivit obviam eis, adoravitque pronus in terram, &c. *Ibid. 19. 1.*  
 Adoravit Abraham coram populo terra. *Ibid. 25. 12.*

Et serviant tibi populi, & adorent te tribus: esto Dominus fratrum suorum, & incurven- tur ante te filii matris tuae. *Gen. 27. 29.*  
 Et ipse progrediens adoravit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater ejus. *Ibid. 33. 3. Vide & v. 7.*  
 Vestroque manipulos circumstantes adorare meum. *Ibid. 37. 7. Vide & v. 9. 10.*  
 Et Joseph erat princeps in terra Aegypti, atque ad eum nutum frumenta populi vendeban- tur. Cumque adorasset eum fratres sui, &c. *Ibid. 42. 6.*  
 Igitur ingressus est Joseph domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus suis: & adoraverunt proni in terram. *Ibid. 43. 26.*  
 Adorabant te filii patris tui. *Ibid. 49. 8. Vide & 50. 18.*  
 Qui ingressus est in occursum cognati sui, adoravit, & osculatus est eum. *Exod. 18. 7.*  
 Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via evaginato gla- dio, adoravitque eum pronus in terram. *Nam. 22. 31. Vide & Josue 5. 15.*  
 Cumque abisset puer, surrexit de loco, qui vergebat ad austrum, & cadens pronus in terram, adoravit tertio, &c. *1. Reg. 20. 41.*  
 Cum autem vidisset Abigail David, festinavit & descendit de asino, & proci dit coram Da- vid, super faciem suam, & adoravit super terram, & cecidit ad pedes ejus. *Ibid. 25. 23. Vide & Ruth. 2. 10. 1. Reg. 24. 9. 23. 14. 2. Reg. 9. v. 6. 8. c. 12. 20. c. 14. 4. 22. 33. c. 24. 21.*  
 Qualis est forma ejus? Quae ait: Vir senex ascendit, & ipse amicus est pallio. Et intel- lexit Saul, quod Samuel esset, & inclinavit se super faciem suam in terra, & adoravit. *Ibid. 28. 14.*  
 Cum autem venisset Miphiboseh filius Jonathae filii Saul ad David, corruit in faciem suam, & adoravit. *2. Reg. 9. 6.*  
 Itaque cum ingressa fuisset mulier Thecutes ad Regem, cecidit coram eo super terram, & adoravit, &c. *Ibid. 14. 4.*  
 Ingressa est itaque Bethsabee ad Regem in cubiculum; rex autem senauer nimis, & Abisag Sunamitis ministravit ei. Inclinauitque se Bethsabee, & adoravit regem, &c. *3. Reg. 1. 15. Vid. & v. 23. 31. 53.*  
 Et cum in faciem ejus intendisset, adoravit eum, prosternens se super terram. *Judith. 10. 20. Vide & 4. Reg. 2. 15. c. 14. 37.*  
 Cantique servi Regis, qui in foribus palatii versabantur, flecebant genua, & adorabant Aman. *Ester. 3. 2.*  
 Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Daniele adoravit, &c. *Dan. 2. 45.*  
 Et factum est cum introisset Petrus, obvius venit ei Cornelius, & proci dens ad pedes ejus, adoravit. *Act. 10. 25.*

TITULUS XVI.

Adventus Domini expectandus.

Vigilate ergo quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. *Matth. 24. 44.*  
 Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. *Ibid. 25. 13.*  
 Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes, & dicit Petro: Si non potuistis una hora vigilare mecum? *Ibid. 26. 40.*  
 Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. *Marc. 13. 33.*  
 Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. *Luc. 12. 40.*  
 Attendite autem vobis, ne forte gravetur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitae: & superveniet in vos repentina dies illa. *Ibid. 21. 34.*  
 Nox recessit, dies autem appropinquavit: abjiciamus ergo opera tenebrarum, &c. *Rom. 13. 12.*  
 Orantes omni tempore in spiritu: & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro omnibus sanctis. *Ephes. 6. 18.*  
 Orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum my- sterium Christi, propter quod etiam vincit sum, ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui. *Colos. 4. 3.*  
 Igitur non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus & sobrii simus. *1. Thess. 5. 6.*  
 Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit. *Jas. 5. 8.*  
 In mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris: serva, & poenitentiam age. Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tamquam fur, & nescies qua ora veniam ad te. *Aper. 3. 3.*  
 Ecce venio sicut fur: beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videat turpitudinem ejus. *Ibid. 16. 15.*

TITULUS XVII.

Adversitas, Vide Tribulatio.

Adulatio.

Sufficiat vobis, quia annis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus. *Nom. 16. 3.*  
 Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi. *Ecclesi. 7. 6.*  
 Laudatur peccator in desiderii anime suae. *Psal. 10. 3.*  
 Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. *Ibid. 140. 5.*  
 Fili mi, si te laetaverint peccatores, non adhaerescas eis. *Prov. 1. 10.*  
 Vir iniquus lactat amicum suum, & dicit eum per viam non bonam. *Ibid. 16. 19.*  
 Qui dicitur impius justus es, maledicenti eis populi. *Ibid. 24. 24.*  
 Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte confutens, maledicenti similis erit. *Ibid. 27. 16.*  
 Meliora sunt vulnera diligens, quam fraudulenta oscula blandientis. *6. Quomodo probatur in confessorio argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis. 21.*  
 Qui derelinquit legem, laudat impium. *Ibid. 28. 4.*  
 Qui corripit hominem, gratiam postea invenit apud eum, magis quam ille, qui per linguam blandimentum decipit. *23.*  
 Est qui nequit humiliter se, & interiora ejus plena sunt dolo. *Ecclesi. 19. 25.*  
 Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. *Isai. 3. 12.*  
 Va - qui justificatis impium. *Ibid. 5. 23.*  
 In ore suo pacem cum suo amico loquitur, & occulte ponit ei insidias. *Jerem. 9. 8.*  
 In malitia sua justificaverunt regem, & in mendaciis suis principes. *Osee 7. 3.*  
 Magister scimus quia verax es. *Matth. 22. 16.*  
 Videns autem (Herodes) quia placeret Judaeis, apposuit ut apprehenderet & Petrum. *Act. 12. 3.*  
 Populus autem acclamabat (Herodi) : Dei (sui) voces & non hominis. *Ibid. 4. 22. Vide etiam Actorum 24. 2.*  
 An quero hominibus placere? *Galat. 1. 10.*  
 Neque enim aliquando sumus in sermone ad adulationis, sicut scitis. *1. Thim. 2. 5.*

TITULUS XVIII.

Adulterium, Luxuria, & Fornicatio.

Vide etiam Fornicatio.

Omnis caro corruerat viam suam. Ideo luxuria sine peccatum carnis praecipua videtur fuisse causa, & propter quam Deus mundum delevis diluvis. *Gen. 6. 12.*  
 Videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerat. *Ibid. 6. 2.*  
 Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa: Et ingressa est major, dormivitque cum patre: at ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. *Gen. 19. 33.*  
 Idem peccatum luxuria, & adulterii, & fornicationis fuit causa horribilis incendii Sodomae. *Ibid. c. 19.*  
 Pro ardenti amore Sichem filii Emor, qui violenter Dinam oppressit, multa mala everserunt. *Ibid. c. 34.*  
 Luxuriosi quandoque luxuriam in alios desecant, ut patet de Juda, qui dixit de Thamar: Proderunt eam, ut comburatur. *Ibid. 38. 24.*  
 Occasionem uxoris Levitae a viro Belial in Gaba Benjamin incredibili libidine favore exortae, crevit sine plerumque 8000. hominum. *Judic. c. 19. & 20.*  
 Adultera filius Saul redarguit Abner, qui ingressus fuerat ad concubinam patris sui. Abner autem traxit super hoc, procuravit ei auserre regnum, & cito post amisit utroque patriam & vitam. *2. Reg. 3. 8.*  
 David captus amore Bethsaba uxoris Uria, cum illa adulterium commisit, & cum prole illius homicidium perpetravit. *3. Reg. 11.*  
 Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem. *Exod. 22. 16.*  
 Ne prostituta filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. *Levit. 19. 29.*  
 Si inebriatus quis fuerit cum uxore alterius & adulterium perpetraverit cum conjugis proximi sui, morte moriantur & moechus & adultera. *Ibid. 20. 10.*  
 Qui dormierit cum masculo coitue femineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur. *Ibid. 20. 13.*  
 Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, & violaverit nomen patris sui, flammis exuret. *Ibid. 21. 9.*  
 Et ecce unus de filiis Israel intravit coram fratribus suis ad sortum Madianitidum, videntem Moysen & omni turba filiorum Israel, qui sebant ante fores tabernaculi. *Nom. 25. 6.*

Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, id est, adulter & adultera: & auferes malum de Israel. Si puellam virginem desponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate, & concubuerit cum ea, & educes utrumque ad portam civitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamavit, cum effer in civitate: vir, quia humiliavit uxorem proximi sui, & auferes malum de medio tui. *Deut. 22. 22. Vide & Levitic. 20. 10. Item Num. 5. 13. 15. & 27.*

Non erit meretrix de filiabus Israel, nec fornicator de filiis Israel. *Ibid. 23. 17.*  
 Attende tibi fili mi, ab omni fornicatione, & praece uxorem tuam nunquam patiaris crimem scire. *Job 4. 13. 18. 30.*

Oculus adulteri observat caliginem, & operiet vultum suum. *Ibid. 24. 15.*

Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam: turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non debetur. *Prov. 6. 32.*  
 Et ecce occurrit illi mulier bruta meretricio, preparata ad capiendas animas: garrula & vaga. *Ibid. 7. 10.*

Qui autem tenet adulteram stultus est & impius. *Ibid. 18. 22.*  
 Fovea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. *Ibid. 23. 27.*

Vir - qui nutrit fornicatorem, & putes angustus aliena. *Ibid. 29. 3.*  
 Talis est & via mulieris adulterae, quae comedit & tergens os suum, dicit: Non sum operata malum. *Ibid. 30. 20.*

Filius autem adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. *Sap. 5. 16.*

Et inveni matricem abortu mulierem, quae laqueus venatorum est, & fagena cor ejus, vincula sunt manus illius: qui placet Deo, fugiet illam. *Ecclesi. 7. 27.*

Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem. Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat: & homo nequam in ore carnis suae non desinet, donec incendat ignem. Homini fornicatio omnis panis dulcis, &c. *Ecclesi. 23. 21.*

Propter quod ego iudico non inquietari eos, qui ex genibus convertuntur ad Deum, sed scribere ad eos, ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine. *Adro. 15. 19.*

Propterea tradidit illos Deus in passionem agnomniae; nam feminae eorum commutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. *Rom. 1. 26.*

Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, &c. *1. Cor. 5. 1.*  
 Non nefecitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt. Nolite errare: neque fornicari, neque idolis servientes - neque masculorum concubitorum regnum Dei possidebunt. *Ibid. 6. 9.*

Sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia. *Ibid. 10. 8.*  
 Hoc enim licite intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus, aut avorus, quod est idololum servitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei. *Ephos. 5. 5.*

Mortificate ergo membra vestra, quae sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, &c. *Colos. 3. 5.*

Hec est enim voluntas Dei sanctificatio vestra: ut abstineatis vos a fornicatione. *1. Thim. 4. 3.*  
 Fornicatores enim & adulteros judicabit Deus. *Habr. 13. 4.*

TITULUS XIX.

Adulterium carnale & spirituale inhibetur, committitur, & puniuntur.

Veni autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: Es mortuus propter mulierem quam tulisti: habet enim virum. *Gen. 20. 3.*

Qui tetigerit hominis hujus uxorem, morte morietur: *Ibid. 26. 11.*  
 Non concupiscis domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, &c. *Exod. 20. 17.*

Si inebriatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit cum conjugis proximi sui, morte moriantur, & moechus & adultera. *Levit. 20. 12.*

Vir - cuius uxor eraverit, maritumque contemns, dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiverit, sed latet adulteriam, & testibus argui non potest, quia non est inventa in stupro, &c. adducet eam ad sacerdotem, &c. *Nom. 5. 12.*

Non concupiscis uxorem proximi tui: non domum, non agrum, non servum, &c. *Deut. 5. 21.*

Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, id est, adulter & adultera. *Levit. 20. 12.*

Non accipiet homo uxorem patris sui, nec revelabit operimentum ejus. *Ibid. 20. 10.*

Missa itaque David nunciis, tulit eam. (*Bethsaba*), quae cum ingressa esset ad illum, dormivit cum eo. *2. Reg. 11. 4.*

Quomodo non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, eo quod deperxeris me, & tulisti uxorem Uriae Hethitae, &c. *Ibid. 12. 10.*

Oculus adulteri observat caliginem, dicens: Non me videtur oculus: & operiet vulvum suum. Job 24. 15.

Pepigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Job 31. 1. Quia ecce, qui elongant se a te peribunt: perdidisti omnes, qui fornicaverunt abs te. Psal. 72. 26.

Favus enim stillans labia meretricis, & nitidus oleo guttur ejus. Prov. 5. 3. Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus ejus. Ibid. v. 8. Quare seduceris fili mi ab aliena, & foreris in sinu alterius? 20.

Ut custodiant te a muliere mala, & a blanda lingua extraneae. Ibid. 6. 24. Qui autem adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam. 32.

Viz interi domus ejus, meretricis, penetrantes in interiora mortis: Ibid. 7. 27. Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid revertetur ad eam ultra? numquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen revertere ad me, dicit Dominus. Form. 3. 1.

Super quo propitius tibi esse potero? Filii tui dereliquerunt me, &c. & in domo meretricis luxuriabantur. Ibid. 5. 7.

Unde & ego nudavi femora tua contra faciem tuam, & apparui ignominia tua. Adulteria tua & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuae: super colles in agro vidi abominationes tuas. Ibid. 13. 26. & 27.

Filii autem illius non miserebor, quoniam filii fornicationum sunt. Osa 2. 4. Filii autem adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Sap. 3. 16.

Audistis quia dictum est antiquis: Non moechaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui videt mulierem ad concupiscendam eam, jam moechatus est eam in corde suo. Mat. 5. 27.

Herodes enim tenuit Joannem, & posuit in carcerem propter Herodidem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Joannes: Non licet tibi habere eam. Ibid. 14. 3.

Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur: & qui dimissam duxerit, nisi ob fornicationem, moechatur. Ibid. 19. 9.

Adducit autem Scriba & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam, & stauerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, haec mulier molo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare. Joan. 8. 3. Vbi. Levit. 20. 10.

Neque fornicari, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles regnum Dei possidebunt. 1. Cor. 6. 9.

Hac est enim voluntas Dei sanctificatio vestra: ut abstineatis vos a fornicatione. 1. Thes. 4. 3. Fornicatores autem & adulteros judicabit Deus. Hebr. 13. 4.

Adulteri, nescitis quia amicitia hujus mundi inimica est Dei? Jac. 4. 4.

TITULVS XX.

Aegrotatio & morbus suus parva peccati.

Cunctum languorem quem posuit in Aegypto, non indicam super te: ego enim sum Dominus sanator tuus. Exod. 15. 26.

Ego quoque hac faciam vobis: Visitabo vos velociter in egestate, & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras: frustra fetetis sementem, quae ab hostibus devorabitur. Levit. 26. 16.

Auferet Dominus a te omnem languorem: & infirmitates Aegypti pessimas, quas novisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. Dent. 7. 15.

Percutiat te Dominus ulcere Aegypti, & partem corporis, per quam scrocora egerintur, scabie quoque & prurigne, ita ut curari nequeas. Percutiat te Dominus amenia & caecitate, ac furore mentis. Ibid. 28. 27. Auguebit Dominus plagas tuas, & plagas feminis tuis, plagas magnas, & perseverantes, infirmitates pessimas & perpetuas. Et convertet in te omnes afflictiones Aegypti, quas tenuisti, & adhererunt tibi: 29.

Cumque venisset Gad ad David, nunciavit ei, dicens: Ate septem annis venie tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, & illi ne persequerentur: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua, &c. 2. Reg. 24. 13. Inimicitiae Dominus pestilentiam in Israel, de mane usque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo a Dan usque ad Bersabee 70. millia virorum. 15. Vid. 2. Reg. 24. 16.

In diebus illis aegrotavit Ezechias usque ad mortem: semper est mirabilem visum de Aegypto, & ne miraculo hoc triumpho nimium excelleret, 4. Reg. 20. 1.

Aegrotavit etiam Ala -- dolore pedum vehementissimo, & nec in infirmitate sua quiescit Dominum, sed magis in medicorum arte confisit est: ideo etiam mortuus est. 2. Paral. 16. 12. Vid. 4. Reg. 1.

Sed & lepra Naaman adhaerebit tibi & femini tuo usque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix. 4. Reg. 5. 27.

Et super haec omnia percussit eum Dominus alvi languore insanabili. 2. Paral. 21. 18. Impius & superbus Antiochus per morbum, in quem incidit capiti in equitatem Dei & sui ipsius venire: unde exclamavit: Justum est subitum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. 2. Mach. 9. 11.

Christus Dominus sepius infirmis remisit peccata, antequam eos sanaret, ut ostendret, tum irrogatum morbum esse peccata, tum optimum contra morbos remedium esse poenitentiam de peccatis. Mat. 9. 2. Vid. etiam Luc. 5. 20.

Indignatur Dominus, quod novem leprosi ab eo sanati nullas ipsi gratias agant pro accepta sanitatis gratia. Luc. 17. 17.

Postea invenit cum Jesus in Templo, & dicit illi: Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Joan. 5. 14.

TITULVS XXI.

Aegroti visitandi ac consolandi.

Hi ita trahactis, nuntiatum est Joseph, quod aegrotaret pater suus: qui assumptis duobus filiis Manasse & Ephraim, ire perrexit. Dictumque est seni: Ecce filius tuus Joseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo, &c. Genes. 48. 1.

Porro Ochozias filius Joram rex Juda descendit invisere Joram filium Achab in Jezrael, quia aegrotabat ibi. 4. Reg. 8. 29.

Elihu autem aegrotabat infirmitate, qua & mortuus est: descenditque ad eum Joas rex Israel, & flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, curru Israel, & auriga ejus. Ibid. 43. 14.

Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli deloco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. Condixerunt enim, ut pariter venientes: visitarent eum, & consolarentur. Job 2. 11.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: universum stratum ejus versabit in infirmitate ejus. Psal. 40. 4.

Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii: in illanem suis cunctorum admonetur hincum, & vivens cogitat quid futurum sit. Eccl. 7. 3.

Non desis plorantibus in consolatione, & cum ingentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum; ex his enim in dilectione firmaberis. Eccl. 7. 38.

Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Demine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te: sitientem, & dedimus tibi potum: infirmum, . . . & venimus ad te, & visitavimus &c. tunc respondebit eis: Quamliu fecistis uni ex fratribus minimis meis, mihi fecistis. Mat. 25. 37.

Miserant ergo sorores ejus ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Jesus, dixit his: Infirmitas haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. Joan. 11. 3.

Cognovit ergo turba multa ex Judaeis, quia illic est: & venerunt non propter Jesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit a mortuis. Ibid. 12. 9.

Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortatur, & ipsi a Deo. 2. Cor. 1. 4.

TITULVS XXII.

Aegrotatio curari per Deum.

Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te. Eccl. 38. 9. Vid. Iai. 38. 3.

Dominus mortificat, & vivificat: deducit ad inferos, & reducit. 1. Reg. 2. 6. Vide Deuter. 32. 39. Et hoc in infirmitate sua convertit se ad Dominum, & obtinet sanitatem. 4. Reg. 20.

In memoria enim sermonum tuorum examinantur, & velociter salvantur. Sap. 16. 11. Vere omnes aegroti, quos Christus sanavit, prius ab illo precibus sanitatem postulaverunt. Ergo ad Deum in morbo revertendum. Mat. 9. Vide Mat. 10. Luc. 18. Joan. 11.

TITULVS XXIII.

Res Medicum.

Livor vulneris alferget mala. Prov. 20. 30. Ante languorem adhibe medicinam: & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei invenies propitiationem. Eccl. 18. 20.

Melior est mors, quam vita amara, & requies eterna, quam languor perseverans. *Eccli. 30. 17.*

Honora medicum propter necessitatem: etenim illum creavit Altissimus. A Deo est enim omnis medela, & a Rege accipiet donationem. *Ibid. 38. 1.*

Altissimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. Nonne a ligno dulcorata est aqua amara? *Ibid. 4.*

Unguentarius faciet pigmenta suavitatis, & unctioem conficiet sanitatis. *Ibid. 7.*  
Da locum medico: etenim illum Dominus creavit, & non discedat a te, quia opera ejus sunt necessaria. Est enim tempus, quando in manus illorum incuras. *Ibid. 11.*

Qui delinquit in conspectu ejus, qui fecit eum, incidet in manus medici. *Ibid. 15.*

## TITULUS XXIV.

Quomodo sancti viri in agritudine & decessu ab hac vita se habuerint.

**J**acob singulis filiis benedicens, & quorundam defunctus arguens, & futura illis tradicit, tandemque declarat sepultura sua loco, & moritur. *Gen. 49.*

Viriliter agite, confortamini: nolite timere, nec paveatis ad conspectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipse est deductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. *Deut. 31. 6.*

Jesus senes iamque moribundus hortatur filios suos Israel ad servanda Dei precepta, & cavendam societatem cum gentibus. *Josue 23.*

Commemorantur beneficia Israelitis a Deo exhibita, & factus populi cum Domino; mox Josue, sepultura ossium Josue, & mors Eleazar sacerdotis. *Ibid. 24.*

Appropinquaverunt autem dies David ut moreretur; precepitque Salomoni filio suo dicens: Ego ingredior viam universae terrae: confortare, & esto vir. Et observa custodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, ut custodias ceremonias ejus, & precepta, &c. *3. Reg. 2. 1.*

In diebus illis agrotavit Ezechias usque ad mortem, & oravit Dominum: exaudivitque eum, & dedit ei signum. *2. Paral. 32. 24. Isaia 38.*

Job in morborum plurimorum doloribus patientissimus exemplum patientiae, quam omnes in suis morbis debent habere. *Job. 2. 7.*

Permisi Deus, ut Tobias senior fieret caecus, ut posteris daretur exemplum patientiae sicut & Job. *Tob. 2. 12.*

Igitur cum Tobias pararet orationem suam exaudiri, ut mori potuisset, vocavit ad se Tobiam filium suum, dixitque ei: Audi fili verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe. Cum accepit Deus animam meam, corpus meum sepeli, & honorem habebis matri tuae omnibus diebus vitae ejus. *Ibid. 4. 1.*

Quia accepit eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. *Ibid. 12. 13.*

In diebus illis agrotavit Ezechias usque ad mortem, & introivit ad eum Isaia filius Amos Propheta, & dixit ei: Haec dicit Dominus: dispone domui tuae, quia morieris tu, & non vives. *Isa. 38. 1.*

Et appropinquaverunt dies Mathathie moriendi, & dixit filiis suis: Nunc confortata est superbia & castigatio, & tempus everisionis, & ira indignationis: nunc ergo, o filii amulati res estote legis, & date animas vestras pro testimonio patrum vestrorum. *1. Mach. 2. 49.*

## TITULUS XXV.

Aegyptiaca Captivitas praedicta & incipit.

**D**istinctio est ad eum, scito pateris quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & (subiuncti eos servituti, & assurgent quadringentis annis) *Gen. 15. 13. (Ipsi: Exod. 1. 1.) Vid. & Act. 7. 6.*

Haec sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum cum Jacob: singuli cum domibus suis introierunt, Ruben, Simeon, Levi, &c. *Exod. 1. 1. Ibid. 46. 8.*

Dixit Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & dices eum: Haec dicit Dominus: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi: Sin autem nolueris dimittere, percutiam terminos tuos raris. *Ibid. 8. 1.*

Ait Moyses ad populum: Memento diei huius, in qua egressi estis de Aegypto, & de domo servituti, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto: ut non comedatis fermentatum panem. *Ibid. 13. 3.*

Cum autem appropinquaret tempus promissionis, quam concessus erat Deus Abraham, crevit populus, & multiplicatus est in Aegypto, quoadque surrexit alius rex in Aegypto, qui non sciebat Joseph. *Act. 7. 17.*

## TITULUS XXVI.

De Aegypto exiit & liberata populo Israelitico promittitur, & adimpletur.

**V**eruntamen gentem, cui servituri sunt, ego iudicabo: & post haec egredietur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta revertetur hic: necdum enim complexi sunt iniquitates Amorharorum usque ad praesens tempus. *Gen. 15. 14.*

Joseph subiecit omnem terram Aegypti Pharaoni, & cunctos populos ejus a novissimis terminis Aegypti usque ad extremos fines ejus. *Ibid. 47. 21.*

Reverlusque est Joseph in Aegyptum cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre. *Ibid. 50. 14.*

Visitans visitavi vos, & vidi omnia quae acciderunt vobis in Aegypto: & dixi ut educam vos de afflictione Aegypti in terram Chanaan, & Herthai -- & Jebusai ad terram fluentem lacte & melle. *Exod. 3. 16.*

Idco dic filiis Israel: Ego Dominus qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, -- & inducam vos in terram super quam levavi manum meam, ut darem Abraham, Isaac, & Jacob. *Ibid. 6. 6.*

(Adimpletur & exierunt viri 60000.) Profectique sunt filii Israel de Ramesse in Sothi sexcenta fere millia pedum virorum, absque parvulis, & mulieribus. *Exod. 12. 37.* Et eodem die eduxit Dominus filios Israel de terra Aegypti per turmas suas. *51.*

Cumque interrogasset te filius tuus cras, dicens: Quid est hoc? respondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Aegypti, de domo servituti. *Ibid. 13. 14.*

Haec sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de Aegypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron, &c. *Num. 33. 1.*

Observa mensem novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias Phasce Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus de Aegypto nocte. *Deut. 16. 1.*

Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Aegypti: & Deum absque me nescies, & Salvator non est praeter me. *Osai 13. 4. Vid. Isaia 63. 11.*

Quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo servitium liberavi te: & misi ante faciem tuam Moysen, Aaron, & Mariam. *Mich. 6. 4.*

## TITULUS XXVII.

In Aegyptum redire desiderat populus Israeliticus.

**E**T dixerunt ad Moysen: Forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos, ut moreremur in solitudine: quid hoc facere voluisti, ut educeres nos ex Aegypto? *Exod. 14. 11.*

Dixeruntque... ad eos: Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carum, & comedebamus panem in sauritate: cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame? *Ibid. 16. 3.*

Sititit ergo ibi populus praeter aquae penuriam, & murmuravit contra Moysen dicens: Cur fecisti nos exire de Aegypto, ut occideres nos & liberos nostros, ac jumenta, siti? *Ibid. 17. 3.*

Recordamur picium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniant cucumeres, & pepones, porrique & cepe, & allia. *Num. 11. 5.*

Dixeruntque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & revertamur in Aegyptum. *Ibid. 14. 4.*

Et versi in seditionem dixerunt: Utinam perissemus inter fratres nostros coram Domino: Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem, ut & nos, & nostra jumenta moriamur? &c. *Ibid. 20. 3.*

## TITULUS XXVIII.

Contra Aegyptum prophetaur.

**O**NUS Aegypti. Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingreditur Aegyptum, & commovebuntur simulacra Aegypti a facie ejus. *Isa. 19. 1.* Stulti principes Tancoe, sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipienti, &c. *Ibid. 11.* Et erit terra Juda Aegypto in pavorem: omnis qui illius fuerit recordatus, pavebit a facie consilii Domini exercituum, quod ipse cogitavit super eam. *Ibid. 17.*

Et dixit Dominus: sicut ambulavit servus meus Isaia nudus, & discalceatus, trium annorum signum erit & portentum super Aegyptum, & super Aethiopiā, sic minabit rex Aethiopiae captivitatem Aegypti, & transmigrationem Aethiopiae. *Ibid. 20. 3.*

Venietque (Nabuchodonosor rex) percutiet terram Aegypti: quos in mortem, in mortem; & quos in captivitatem, in captivitatem, &c. Et succendet ignem in delubris Deorum Aegypti, & comburet ea, & captivos ducet illos: & amicitur terra Aegypti sicut amicitur pastor pallio suo: & egredietur inde in pace. *Jerem. 43. 11.*



Hac dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephraem regem Ægypti in manu inimicorum ejus, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Seditiam regem Juda in manu Nabuchodonosor... inimici sui, & quærentis animam ejus. *Jerem. 44. 30.*

Dixit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego visitabo super tumulum Alexandria, & super Pharaonem, & super Ægyptum, & super reges ejus, & super Pharaonem, & super eos, qui confidunt in eo, & cetera. *Ibid. 46. 25.*

Fili hominis, pone faciem tuam contra Pharaonem, regem Ægypti, & prophetabis de eo & de Ægypto, & cetera. *Ezech. 29. 2.*

Fili hominis, propheta & dic: hæc dicit Dominus Deus: Ululate, v2, v2 diei: quia juxta est dies, & appropinquat dies Domini: dies nubis... Et veniet gladius in Ægyptum: ta est dies, & erit pavor in Æthiopia, cum ceciderint vulnerati in Ægypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa fundamenta ejus. *Ibid. 30. 2.*

Cui assimilatus es, o inclite atque sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam: in medio incircumcisionum dormies cum eis, qui interfecisti sunt gladio: ipse est Pharaos & omnis multitudo ejus. *Ibid. 31. 18.*

Fili hominis, assume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, & diceas ad eum. Leoni gentium assimilatus es, & cetera propterea... Expandam super te rete meum, & cetera. Et projiciam te in terram, super faciem agri abjiciam te, & cetera. *Ibid. 32. 2.*

## TITULUS XXX.

Ægyptiaca redemptio frequenter revocatur in memoriam tanquam summum Dei beneficium.

Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis. *Exod. 20. 2.*  
Ego Dominus qui sanctifico vos, & eduxi de terra Ægypti, ut essem vobis in Deum. *Ego Dominus. Levit. 22. 33.*

Ego Dominus Deus vester: qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne serviretis eis & qui confregi catenas cervicium vestrarum, ut incederetis erecti. *Ibid. 26. 13.*

Si fecit Deus, ut ingredereetur, & tolleret sibi gentem de medio nationum, per tentationes, signa atque portenta, per pugnam & robustam manum, extentumque brachium, & horribiles visiones, juxta omnia, quæ fecit vobis Dominus Deus vester in Ægypto, videntibus oculis tuis: ut scires quoniam Dominus ipse est Deus, & cetera. *Dent. 4. 34.*

Memento quod & ipse servieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extenso. *Ibid. 5. 15.*

Eduxit vos (Dominus) in manu forti, & redemit de domo servitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti. *Ibid. 7. 8.*

Elevetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit de terra Ægypti, & cetera. *Ibid. 8. 14.*

In loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi: immolabis pacem vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto. *Ibid. 16. 6.*

Hac dicit Dominus Deus Israel: Ego eduxi Israel de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium regum, qui affligebant vos. *1. Reg. 10. 18.*

Factus est enim, cum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerit eos de terra Ægypti, de manu Pharaonis regis Ægypti, coluerunt Deos alienos. *4. Reg. 17. 7.*

Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo servitutium liberavi te: & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron & Marian. *Mich. 6. 4.*

## TITULUS XXX.

Ægyptus affligitur plagis variis.

Feceruntque Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus: & elevans virgam percussit aquam fluminis mortui Pharaone, & levis ejus: quæ versa est in sanguinem. Et pisces qui erant in flumine, coramierunt. *Exod. 7. 20. (Ut prædixit Dominus Exod. 3. 19. & cetera.) Vid. Exod. cap. 7. cap. 8. cap. 9. cap. 10. cap. 11.*

## TITULUS XXXI.

Afflicto carnalis seu affectio erga consanguineos.

Nuncius dicitur ad Heli: Filii tui mortui sunt, & arca Dei capta est. Sed N. B. non propter filios, *1. Reg. 4. 17.* cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de Sella (Heli) retortum juxta ostium, & fractis cervicibus mortuus est: v. 18. *Divit. Job ad David:* Diligis odientes te... & vere cognovi modo, quia si Absalom vive-ret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. *2. Reg. 19. 6.*

Supra

Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ perentes septem filios, sub unius diei tempore conspicens, bono animo lerebat, propter item, quam in Deum habebat: singulos illum hortabatur voce patria fortiter & cetera. *1. Mach. 7. 20.*

Christus ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?... Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, quæ in caelis est, ipse meus frater, & soror & mater est. *Matt. 12. 48.*

Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, & ceptulum accipiet, & vitam æternam possidebit. *Ibid. 19. 29. Vide etiam Lucæ 14. 26.*

Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam... continuo non adquevi carni & sanguini. *Galat. 1. 15.*

## TITULUS XXXII.

Agricultura.

SI læserit quisquam agrum vel vineam, & dimiserit junctum suum, ut depascatur aliena: na: quidquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro damni æstimatione restituat. *Exod. 22. 5.*

Si egressus ignis inveneit spinas, & comprehenderit acervos frugum, five stantes segetes in agris, reddet damnum, qui ignem succenderit. *Ibid. v. 6.*

Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges ejus. Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, ut comedant pauperes populi tui: & quidquid reliquum fuerit, edent bestie agri: ita facies in vinea & in oliveto tuo. *Ibid. 23. 10.*

## TITULUS XXXIII.

Altare holocausti.

Ædificavit autem Noe altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. *Gen. 8. 20.*

Apparuit autem Dominus Abraham... Qui ædificavit ibi altare Domino qui apparuerat ei. *Ibid. 12. 7. Vide etiam Gen. 26. 24. Idem de Isaac. Item Gen. 35. 1. & 7. Item Exod. 24. 4. Item Josue 8. 30. Item Judic. 6. 24. Item 1. Reg. 14. 35. Item 2. Reg. 24. 25. Item 2. Paral. 4. 1. & 19. Item 3. 15. 9. 1. Mach. 4. 44.*

Facies & altare de lignis Setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est, quadrum, & tres cubitos in altitudine. *Exod. 27. 1.*

Fecit & altare holocausti de lignis Setim, quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine. *Ibid. 38. 1.*

Oblatio: principum duodecim tribuum in dedicatione tabernaculi & altaris: loquitur Dominus Moysi de proprietario. *Nam. 7. 2.*

Emit ergo David arcam & boves argenti sicli quinqueaginta. Et ædificavit ibi David altare Domino, & obtulit holocausta & pacifica: & propinquavit ei Dominus terræ, & cohæbita est plaga ab Israel, *2. Reg. 24. 24.*

Et ædificavit de lapidibus altare in nomine Domini: fecitque aqueductum quasi per domum aratiunculas in circuitu altaris. *3. Reg. 18. 32.*

Præcepit quoque rex Achaz Uriæ sacerdoti, dicens: Super altare majus offer holocaustum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum regis, & sacrificium ejus, & holocaustum universi populi terræ, & cetera. *4. Reg. 16. 15.*

Altare quoque aneum, quod fabricatus fuerat Beseleel, filius Uri, filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod & requisivit Salomon, & omnis ecclesia. *2. Paral. 1. 5.*

Fecit quoque altare aneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis. *Ibid. 4. 1.*

Et furexit Josue filius Josedec, & fratres ejus sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres ejus; & ædificaverunt altare Dei Israel, ut offerrent in eo Holocaustata: sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei. *1. Ezech. 3. 2.*

Itæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum & palmum: in sinu ejus erat cubitus, & cubitus in latitudine. *Ezech. 43. 13.*

Et acceperunt lapides integros secundum legem: & ædificaverunt altare novum secundum illud, quod fuit prius. *1. Mach. 4. 47.* Et obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum novum, quod fecerunt. *53.*

## TITULUS XXXIV.

Altare incensi.

Facies quoque altare ad adolendum thymiama de lignis Sethim, & cetera. *Exod. 30. 1.* Et præceperat Aaron super cornua ejus semel per annum, in sanguine quod oblatum est. *Theaur. Biblic.*

B

pro

pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino . 10.

Fecit & altare thymiamatis de lignis Sethim, &c. *Ibid.* 37. 25. Altare holocausti & omnia vasa ejus vobis, &c. *Ibid.* 40. 10.

## T I T U L U S XXXV.

## Ambitio.

**N**onne & nobis similiter est locutus Dominus? Ambitiosa levitio. *Nam.* 11. 4. Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus? Cur elevamini super populum Domini? (*Itum ambitio*). *Ibid.* 16. 3. *Arimetich ambitiose perit regnum, sed pessime successit.* *Judic.* 9. *Vide etiam ibid.* v. 8. *Parabolam de arboribus, qua ambitiose presertim aptari.*

*De ambitiose Abulensis, presertim 2. Reg. 15. v. 3. Adonias filius Haggith ambitiose elevabatur, dicitur: Ego regnabo, &c. 3. Reg. 1. 7. Ambitio Achia. Ibid. 11. 29. Item 3. Reg. 16. Ambitio Zamri. Item 4. Reg. 17. Ambitio Athalia matris Orebria regis. Item 4. Reg. 15. Item Judith 2. Ambitio Nabuchodonosoris regis Assyriorum, qui omnem terram sui subjugare imperio voluit. Item Esther 5. Ambitio Amanis. Item 1. Mach. 3. 14. alium ambitiosem Serenis. Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Judam. Qui ipse cito debellatus a Juda. Item 1. Mach. 7. Ambitio Alcian, qui voluit sacerdos fieri. Item 1. Mach. 11. Ambitio Ptolemai. Item 2. Mach. 4. Ambitio Jafonis.*

Sublevavit te cor tuum, ut Jofab rex Israel ad Amasiam regem Juda. Contentus esto gloria, & sede in domo tua. 4. Reg. 14. 10.

Noli querere a domino ducatum, neque a rege cathedram honoris. *Eccli.* 7. 4. Noli potestatem sibi sumit injuste, odietur. *Ibid.* 20. 8.

Numquid regnabis, quoniam confers te cedo? *Jerem.* 22. 15. Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister. *Matth.* 20. 26.

Qui se exaltat humiliabitur. *Ibid.* 23. 12. *Vide & Luc.* 14. 11. Et tu Capharnam usque ad caelum exaltata es, sed usque ad infernum demergeris. *Luce.* 10. 15. Quod humeribus altum est, abominatio est ante Deum. *Ibid.* 16. 17.

Jesus autem cum cognovisset quod venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. *Johan.* 6. 15.

Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei. *Ibid.* 12. 43. Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam ... Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua, & ambitio tua tecum sit in perditionem. *Actor.* 8. 18.

Caritas ... non est ambitiosa, non querit quae sua sunt. 1. *Cor.* 13. 5. Non efficiamur inanis gloriae cupidi. *Galat.* 5. 26. Quotum ... gloria in confusione ipsorum. *Phillip.* 3. 19. Si quis Episcopatum desiderat, bonus opus desiderat. 1. *Tim.* 3. 1.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaaron, sic & Christus non semetipsum clarificavit ut Pontifex fieret, &c. *Hebr.* 5. 4.

Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filiae Pharaonis. *Ibid.* 11. 24.

## T I T U L U S XXXVI.

## Amicitia.

## Amicitia, civitatum ortus.

**I**nstitutus thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt: amicitia Dei propter disciplinam dona commendati. *Sap.* 7. 14. Vos amici mei estis, si feceritis cum ego precipio vobis. *Johan.* 15. 14.

In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. *Actor.* 10. 34.

Credidit Abraham Deo, ... & amicus Dei appellatus est. *Jacob.* 2. 23. Amicitia hujus mundi inimica est Dei: quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi hujus, inimicus Dei constituitur. *Ibid.* 4. 4.

## Amicitia fructus.

**M**hi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. *Psalm.* 138. 17.

Amice, ascende superius. *Luce.* 14. 10. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. *Ibid.* 16. 9.

Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a patre meo, nota feci vobis. *Johan.* 15. 25.

## Amicitia humana vera, debet esse firma.

**R**uth adhuc focui suum ... & dixit ei: Quocumque enim perrexeris, pergam: & ubi inopata fueris, & ego pariter morabor. *Ruth.* 1. 14.

Qui negligit damnum propter amicum, iustus est. *Prov.* 12. 26. Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur. *Ibid.* 17. 17. Amicum tuum, & amicum patris tui, ne dimiseris. *Ibid.* 27. 10.

Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei (*scilicet teipsum*). *Eccli.* 6. 7.

Non agnosceret in bonis amicus, & non absconderet in malis inimicus. In bonis viri, inimici illius in tristitia: & in malis illius amicus agnitus est. *Ibid.* 12. 8.

Pidem posside cum amico in paupertate illius, ut & in bonis illius lateris: in tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut & in hereditate illius cohaeres sis. *Ibid.* 22. 28.

## Amicitia debet esse grata.

**V**ir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quam frater. *Prov.* 18. 24. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falsa lingua sunt. Quoties, & quanti iridebunt cum? *Eccli.* 20. 17.

## Amicitia debet esse honesta.

**I**mpio praebes auxilium, & his, qui oderant Dominum, amicitia jungeris &c. 1. *Eccli.* 19. Tales amici Filatus & Herodes. *Luce.* 23. Noli fieri pro amico inimicus proximo. *Eccli.* 6. 1. Qui timet Deum aequo habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius. 17.

## Amicitia debet esse integra in corde.

**C**ausam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reveles: ne forte infuset tibi, cum audierit, & expostrarer non cesset. *Prov.* 25. 9. Dilige proximum, & conjungere file cum illo. *Eccli.* 27. 18. Non obliviscaris amicum tui in animo tuo, & non inmemor sis illius in operibus tuis. *Ibid.* 37. 6.

## Amicitia debet esse in ore.

**Q**uod viderent oculi tui, ne proferas in iurgio cito: ne postea emendare non possis cum dehonefaveris amicum tuum. *Prov.* 25. 8. Ferram sero excacur, & homo excacit faciem amici sui. *Ibid.* 27. 17. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. *Eccli.* 6. 5.

Mittens lapidem in volatilia deiciet illa: sic & qui convitiatur amico, dissolvit amicitiam. *Ibid.* 22. 25.

Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inveniet amicum ad animum suum. *Ibid.* 27. 17. Denudare autem amici mysteria, desperatio est anime infelicis. 24.

Cave ab amicis de sermonibus improperis: & cum dederis, ne improperes. *Ibid.* 41. 38. Non duplices sermonem auditis de relatione sermonis absconditi, & eris vete sine confusione, & invenies gratiam in conspectu omnium hominum. *Ibid.* 42. 11.

**Q**ui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit. *Job.* 6. 14. Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abscondas illum sub lapide in perditionem. *Eccli.* 29. 23.

## Amicitia vera confertur.

**N**e moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. *Prov.* 3. 29. Amicus si permanferit fixus, erit tibi quasi coequalis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. *Eccli.* 6. 11.

Noli arare mendacium adversum fratrem tuum: neque in amicum similitudinem. *Ibid.* 7. 19. Noli pravariari in amicum pecuniam discedentem, neque fratrem carissimum audio: spreveris. *Ibid.* 20.

Ne derelinquas amicum antiquum: novus enim non erit similis illi. Vinum novum, amicus novus: veteracer, & cum suavitate bibes illud. *Ibid.* 9. 14.

Audisti verbum adversum proximum tuum? commoriatur in te fidens, quoniam non te dimperet. *Ibid.* 19. 20. Consipe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat: Non scer: aut feceris, ne iterum addat facere. *Ibid.* 13.

Amicum salutare non confundaris, a facie illius non me abscondam, & si mala mihi venerint per illum, sustinebo. *Ibid.* 22. 31.

Est qui pro confusione promittit amico, & lucratur est eum inimicum gratis. *Ibid.* 20. 25. Ad amicum & si produxeris gladium, non desperes: est enim regressus. Ad amicum, si aperueris os tuum, non timeas: est enim concordatio, excepto convictio, & improperio, & superbia, & mysterii revelatione, & plaga dolosa: In his omnibus effugiet amicus. *Ibid.* 21. 26.

*Amicitia fructificatio.*

**F**ater, qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma: & iudicia quasi vesces urbium. *Prov. 18. 19.*  
 Gratia & amicitia liberant: quas tibi serva, ne exprobrabilis fias. *Ibid. 25. 10.*  
 Unguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici consiliis anima dulcoratur. *Ibid.*  
 27. 9. Melior est vicinus iuxta, quam frater procul. 10.  
 Melius est ergo duos esse simul, quam unum: habent enim emolumentum societatis suae; si unus  
 ceciderit, ab altero suscietur. Vt soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem. *Ecclesi. 4. 9.*  
 Amicus fidelis protectio fortis: qui autem invenit illum, invenit thesaurum. *Ecclesi. 6. 14.*  
 Amico fidelis nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonita-  
 tem fidei illius. *ib. 15.* Amicus fidelis, medicamentum vitae, & immortalitatis: & qui metuant  
 Dominum, invenient illum. *ib. 16.*

Amicum salutare non confundaris, & facie illius non me abscondam: & si mala mihi even-  
 nerint per illum, sustinebo. *Ibid. 22. 21.*  
 Beatus qui invenit amicum verum. *Ibid. 25. 13.*

*Amicitia fides lucrum proprium attendis.*

**A**mici vero divitum multi. *Prov. 14. 20.*  
 Divitiae addunt amicis plurimos: & pauperes autem & hi, quos habuit separantur. *Ibid. 19. 4.* Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. *ib. 6.* Fratres hominis  
 pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo. *ib. 7.*  
 Multi homines misericordes vocantur: verum autem fidelem quis inveniet? *Ibid. 20. 6.*  
 Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. *Ecclesi. 6. 8.*  
 Sodalium amicum condoleret causa ventris, & contra hostem accipiet scutum. *Ibid. 37. 5.*

*Malum proximo intendit.*

**Q**uomodo dicis, quod amas me, cum animus tuus non sit mecum? *sic Dalila ad Samson.*  
*Judic. 16. 15.*

Simulator ore decipit amicum suum. *Prov. 11. 9.* Qui ambulat fraudulenter, revelat  
 arcana, qui autem fidelis est animi ceteri amici commisitum. 13.  
 Sic ut noxius est qui mittit sagittas, & lanceas in mortem: ita vir, qui fraudulenter no-  
 cet amicum suum: & cum fuerit deprehensus, dicit, ludens feci. *Ibid. 26. 18.*

Homo qui blandis, fabricisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus ejus. *Ibid. 29. 5.*  
 Amicus oculo fabricat iniqua, & nemo cum abjicit: in conspectu oculorum tuorum con-  
 culcabit os suum: & super sermones tuos admirabitur: Novissime autem pervertet os suum,  
 & in verbis tuis dabit scandalum. Multa odivi ei, & Dominus odiet illum. *Ibid. 27. 25.*

Qui autem tradidit eum, dedit eis signum, dicens: quemcumque osculatus fuero, ipse est  
 tenete eum. Dixitque illi Jesus: Amicus, ad quid venisti? *Matth. 26. 48.*

*Bonum falso pretendit.*

**V**ir iniquus laetatur amico suum, & ducit eum per viam non bonam. *Prov. 16. 29.*  
 Omnis amicus dicit: Et ego amicitiam copulavi: sed est amicus solo nomine ami-  
 cus. Nonne tristitia inest usque ad mortem? Sodalis autem & amicus ad inimicitiam converten-  
 tur. O presumptio nequissima, unde creata est cooperire aridam malitia, & dolositate il-  
 lius? *Ecclesi. 37. 1.*

*Odium intendit.*

**O**ccasiones quarit, qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis. *Prov. 18. 1.*  
 Es est amicus, qui convertitur ad inimicitiam: & est amicus, qui odium & rixam &  
 convitia deudabit. *Ecclesi. 6. 9.*

Equus emissarius, sic & amicus subornator sub omni supradecente himite. *Ibid. 33. 6.*

*Opportunum se reddit.*

**E**t, qui revelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.  
*Prov. 20. 19.*  
 Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. *Ecclesi. 6. 33.*  
 Amico & inimico moli narrare sensum tuum: & si est tibi delictum, noli deponere. Au-  
 dierit enim te, & custodiet te; & quasi descendens peccatum odiet te, & sic aderit tibi sem-  
 per. *Ibid. 19. 8.*

Unusquisque se e proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia  
 omnis frater supplantans supplantabit: & omnis amicus fraudulenter incedet. Et vir fratrem  
 suum deridebit, & veritatem non loquetur. *Ierem. 9. 4.*

TITULUS XXXVII.

**L**oquaturque autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad am-  
 icum suum. *Exodi. 33. 11.*

Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuae, aut filius tuus, vel filia, sive  
 uxor, quae est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis, ut animam tuam, clam dicens: Ea-  
 mus & serviamus diis alienis, quos ignoras tu, & patres tui, &c. Non acquiescas ei, nec  
 audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miserearis, & occulles eum, sed statim interficies. Sic  
 primum manus tua super eum, & postea omnis populus nitatur manum. *Deut. 13. 6. 8. 9.*

Amica Jonatha conglutinata est animae David, & dilexit eum Jonathas quasi animam suam.  
 1. *Reg. 18. 1.* Nam expoliavit se Jonathas tunica sua, & dedit eam David, &c. *Ibid. 4. 8. 9.*

Cumque redisset Abner in Hebron, scissum adduxit eum Joab ad medium portae, ut lo-  
 queretur ei in dolo: & percussit ibi illum in inguine: & mortuus est in ultionem sanguinis  
 Asael fratris ejus. 2. *Reg. 3. 27. Vide & 2. Reg. 2. 34.* Amicus autem non amicum non amicum.

Chusai amicus David humilis David, quid in eum melleum misit? *Ibid. 17. 23.*  
 Item Chusai dissipavit consilium Achitophol. *Ibid. 17. 23.* Amicus autem non amicum non amicum.  
 Noluit autem adquietere precibus ejus, sed privaleus viribus; oppressit eam, & cubavit  
 cum ea. *Ibid. 13. 14.*

Tres amici Job, cum audissent omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, ut  
 viserent eum, & consolarentur. *Job 2. 6.* De quibus autem Job dicit: Et subvertete nitimini  
 amicum vestrum. *Ibid. 13. 24.*

Quod cum vidisset armiger ejus, videlicet, quod mortuus esset Saul, irruit etiam ipse su-  
 per gladium suum, & mortuus est cum eo. *(Ecclesi. 6. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.)*

Tu vero homo inanimis dixi meus & notus meus. *Psal. 54. 14.* *Ibid. 40. 10.*  
 Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici vero divitum multi. *Prov. 14. 20.*

Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quam frater. *Ibid. 18. 24.*  
 Amicum tuam, & amicum patris tui ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingrediaris in  
 die afflictionis tuae. Melior est vicinus iuxta, quam frater procul. *Ibid. 27. 10.* Quomodo  
 aquis respiciunt vultus propitiorum; sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. 19.

Si possides amicum in tentatione possides eum, & ne facile credas ei: est enim amicus se-  
 cundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. *Ecclesi. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.*

Noli pravariari in amicum pecuniam diligerentem, neque fratrem carissimum auro preve-  
 ris. *Ibid. 7. 20.*

Cum aliena muliere ne sedexas omnino, cum accumbas cum ea super cubitum, &c. *Ibid. 9. 21.*  
 Una hora tecum permanebit, si autem declinaveris, non supportabit eam. *Ibid. 13. 14.*

Mittens lapidem in voluntas, despicit illa: sic & qui convitiatur amico, dissolvit amici-  
 tiam &c. *Ibid. 22. 25.*

Voluntas ad sibi similia conveniunt: & veritas ad eos, qui operantur illam, revertetur.  
*Ibid. 27. 10.*

Unusquisque se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia  
 omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. *Ierem. 9. 4.*

Nam & fratres tui, & domus patris tui, & ipsi pugnaverunt adversum te, & clamaverunt  
 post te plena voce: ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona. *Ibid. 12. 6. Dan. 11. 26.*  
 Nolite credere amicis: & nolite considerare in duce: ab ea, quae dormit in sinu tuo, custodi  
 claustra oris tui. *Micai. 7. 5.*

Amor Dei. *Vide Actio Dei.*

TITULUS XXXVIII.

**S**aul non dolet, quod peccaverit in Deum, sed ex amore proprio, quod perdidit apud populum suum  
 honorem suum: unde rogat Samuel, & ait: Sed nunc honora me coram senioribus populi  
 mei, & coram Israel. 1. *Reg. 15. 10.*

Et eiecit te de monte Dei, & perdidisti te o Cherubim. Et elevatum est cor tuum in de-  
 core tuo: Ex quo patet, peccatum Angelorum a nullo alio transisse originem, quam ab amore proprio  
 excellentia, sicut etiam primi nostri parentes transgressi sunt mandatum Dei ex nulla alia causa, quam  
 ex amore proprio, dum affectabant similitudinem Dei, & consuetudinem boni & mali. *Ezech. 28. 16. & 17.*  
*Vide Genes. 3.*

Jonas amorem propriae vite sua exuit, ut pro salute futuram civitatis morrem elegerit. *Jona. 1. 12.*  
 Ita amoris propriae exitu S. Paulus cum Corinthiis suis se scribat: Paratus sum venire ad  
 vos, & non ero gravis vobis. Non enim quaro, quae vestra sunt, sed vos. 2. *Cor. 12. 14.*

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor

Amor